

Band V., Nr. 1258, Seite 19-21

Propst Wolfrad von Beuron erwählt mit Rat seiner Mitbrüder den Grafen Friedrich von Zollern in widerruflicher Eigenschaft und unter Bezeichnung aller demselben zuständigen Rechte zum Schutzbvogt für sich und seine Kirche samt allen ihren namentlich aufgeführten Besitzungen an Leuten, Orten, Gütern und Rechten, und Graf Friederich übernimmt und beschwört die ihm übertragenen vogteilichen Pflichten.

Beuron, 1253. April 22.

Universis, ad quorum audienciam presens scriptum pervenerit, Wolfradus dei gracia prepositus ecclesie sancte virginis Marie et sancti Martini in Burron, ordinis sancti Augustini regularium canonicorum, Constantiensis dyocesis, salutem et noticiam subscriptorum. Omnia que geruntur, ne labente tempore similiter elabantur, fulciri debent testimonio litterarum. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod nos consilio confratrum nostrorum presentibus Ebirhardo comite de Nellinburc et militibus Walthero et Hainrico de Wildenvels¹ dominum illustrem virum Fridericum comitem de Zoller in advocatum nostrum nostreque ecclesie (salva Romanorum imperatorum et regum immunitatis perpetua tuicione regali) elegerimus et susceperimus, eapropter rogantes, ut secundum posse iustus et utilis advocatus in homines, villas et predia nostri cenobii existat et ecclesiam nostram cum ceteris omnibus hominibus, villis et possessionibus, quas inpresenciarum iuste possidemus, sub sua proteccione suscipiat speciali et ab omni infestacione defendat. Ideo deputamus et tradimus assumpto domino avvocato nostro in suam proteccionem ecclesiam et cenobium nostrum una cum valle, que incipit cis Danubium in extremis finibus Wildenstein prope Fühlenthal² et Oberhusen, extendens se ad rupem usque que dicitur Sperberloch³, unam dotalem curtem super

¹Wildenfels, eine abgegangene Burg, deren genaue Lage unbekannt ist. Nach FRANZ LUDWIG BAUMANN: Die Freiherren von Wartenberg. In: Freiburger Diözesanarchiv 11 (1877), S. 145-210, S. 178, waren die Wildenfels Dienstmannen der Herren von Wildenstein. Ihre Burg wird als das sog. Lenzenschlössle, ein Burgstall bei Thiergarten, vermutet. Identisch waren beide Familien jedenfalls nicht, wie auch die Verschiedenheit der Wappen zeigt: Wildenstein: ein auf einem Dreiberg stehender Hirsch; Wildenfels: rechts ein aus der Spaltungslinie des Schilds hervorgehender halber Löwe, links leer.

²Füllehaus, offensichtlich bei Oberhausen, links der Donau.

³Zwischen Friedingen und Bronnen auf dem linken Donauufer gelegener Felsen (vgl. Markbeschreibung der obern Herrschaft Hohenberg von 1563: ein wispletz hinauf jn ein Felszen, nent man das Sperbersloch, von demselben Sp. herüber uf den Hockhenfelszen under langen Kelin, aldo schaidt sich Brunnen das schloss von denen von Fridingen, von dannen hinab in die Tonaw und stosst jenseit der Tonaw Kallenber[g] hertz zu).

II

Luibertinger-Staig⁴ cum pertinentiis, unam dotalem curtem et molendinum in valle homines, predia et iudicium in Vrendorf, homines, predia et iudicium in Oberschweindorf, homines et bona in Niderschweindorf, homines et bona in Buchain, homines et predia in^a Talhain, homines et bona in Riedern⁵, villam in Winzlen⁶, advocaciam ecclesie in Oberthigesen et homines et bona ibidem, homines et bona in Telkoven, homines et bona in Tieringen, qui et que ad Winzlen spectant, homines et bona in Husen ad Winzlen spectantes, homines et bona in Hossingen spectantes eciam ad Winzlen, homines et bona in Mestetten, qui et que ad Winzlen spectant, villam Kungshain cum hominibus, prediis et iudicio, villam Bettingen cum hominibus, prediis et iudicio ad Winzlen spectantibus, villam Aggenhusen cum hominibus, prediis, iudicio et advocacia ecclesie, villam Malstetten cum hominibus, bonis et iudicio, villam Alsbain⁷ cum hominibus, bonis et advocacia ecclesie, homines et predia in Dirbhain, omnes homines et bona, quos et que habemus ubique in valle Spaichingen, homines et predia in Kolbingen, homines et bona in Renquitshusen et medium iudicium et mediam advocaciam ecclesie et eius totam dotalem curtem, homines et bona et medium iudicium in Heinstetten⁸, homines, bona et medium iudicium una cum advocacia ecclesie in Worndorf, homines et predia in Strassberg, homines et predia in Stainhouen et Starzlen. Insuper iuret nobis, quod sibi concreditam advocaciam tanquam iure hereditario usurpare nunquam presumat nec diutius advocatus noster esse velit, quam nobis et successoribus nostris placuerit, denique quod nihil privati muneris vel servicii a quolibet loco sive curte seu a villicis vel a cellariis quasi ex debito et statuto iure exigat ac mansiones et pernoctaciones uspiam frequentare caveat. Ad unumquemque vero locum, quem prepositus ad placitandum ordinaverit, cum sex equis et totidem viris qua advocatus semel tantum in anno adveniat, nisi pro aliqua necessitate a preposito sepius advocetur, ac tunc pro loci qualitate a preposito honeste suscipiatur et procuretur. Infra locum cenobii et infra totam vallem ac in eius dotalibus curtibus nullum placitum nisi rogatu

^aDieses Wort nachträglich über der Zeile hinzugefügt.

⁴Wohl der sog. Steighof an der Steige, die von Beuron nach Leibertingen führt.

⁵Scheint ein abgegangener Ort zu sein, da zumindest die noch bekannten württembergischen und badischen Riedern zu entfernt sein dürften.

⁶Winzeln, abgegangener Hof, Hausen am Tann, BL (vgl. Beschreibung des Oberamts Rottweil, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart 1875 (Beschreibung des Königreichs Württemberg, 56). [ND Magstadt 1972], S. 427, und Beschreibung des Oberamts Spaichingen, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Stuttgart u.a. 1876 (Beschreibung des Königreichs Württemberg, 57). [ND Magstadt 1968], S. 502ff.).

⁷Allenspacher Hof.

⁸Heinstetten, Meßstetten, BL oder Kreenheinstetten, Leibertingen, SIG.

III

vel voluntate prepositi unquam statuatur, nullum domus dei aut ecclesie nostre servientem intra dictum districtum dotalem sine consensu prepositi ad iudicium vel bannum cogat vel aliqua iniuria coerceat, offendat et damnet vel freda exigat, quicquid autem extra districtum dotalem in reliquis nostris locis placitando adquisierit, id est iniuria bannorum vel satisfaccione temeritatum vel exigendo freda, tertia sibi parte retenta duas reddat preposito. Ulterius prodefensione et proteccione annum advocaticum habeat, videlicet quatuor maltara siliginis et quinque medimna avene, quod advocaticum a nostris villis in Vrendorf, Buchain et Talhain reddendum est. Concedimus ei eciam lic[e]nciam et usum venandi, sagittandi, recia et laqueos ponendi, seu feras quolibet venatoris artis ingenio capiendi et decipiendi in nostra valle et toto districtu dotali cis Danubium^b. Si vero huius commissi vel in homines vel in res extiterit, statim sine mora et sine preiudicio, nisi cito resipuerit, advocacia cum omnibus commodis sine spe recuperacionis carebit.

 Nos Fridiricus comes de Zoller ipsorum prepositi et conventus confidentie inclinati notum facimus universis, quod nos predictum prepositum et conventum suum eorumque ecclesiam, cenobium et supra notata loca cum omnibus hominibus et personis nec non possessionibus, quas inpresenciarum racionabiliter possident, in nostram proteccionem receperimus et presentibus recipiamus specialem. Spondemus et iuramus igitur, omnes prescriptas condiciones stricte servare, omnia privilegia, libertates, concessiones et iura a maximis Romanorum pontificibus, imperatoribus et regibus prefato cenobio concessa pro posse tueri et nunquam permittere in personis, familia, bonis seu bonis^c aliis molestari indebite vel gravari a quacunque persona cuiuscunque condicionis existat, sed contra iniuriatores et offensores fideliter defendere et manutenere nec nos memoratos prepositum et conventum eorumque homines extorsionibus indebitis vel alias illicite molestare.

 Quia igitur hec acta sunt presentibus illustri viro domino Ebirhardo comite de Nellinburc et militibus Walthero et Hainrico de Wildenvels, rogati a nobis sigillis suis paginam hanc authenticam fecerunt in testimonium et evidenciam omnium premissorum insigniri, que eciam ad facti robur sigillis nostris est co[m]munita.

 Datum et actum in cenobio Burron, anno domini M^o. CC^oL. III., decimo kalendas Maii, indiccione XI.

^bDer folgende, wie es scheint, nicht ganz korrekt abgeschriebene und bei Pizenberger am oben genannten Ort nach *res* durch ein *quid* ergänzte Satz bis *carebit* war in der Abschrift zuerst weggeblieben und wurde unter einem Verweisungszeichen unten beigesetzt.

^cSo die Vorlage; entweder hat das erste *bonis* wegzufallen oder es fehlt bei ihm ein Beisatz.

IV

Der Textabdruck erfolgt nach einer Pergamentabschrift der Urkunde aus dem 16. Jahrhundert, die ältere Schriftformen imitiert.

 Auf der rechten Hälfte des unteren Randes steht (von anderer Hand): *Presens exemplar concordat suo sigillato originali, quod nobis exhibuit prepositus Búronensis. Datum Ratolffzell 22. die Septembris anno etc. XLVIII.*, darunter (wohl von der vorigen Hand) *Georius abbas in Crützingen m. p.* und (von anderer Hand) *Albrecht Fölcker de Knoringen eques m. p.*; auf dem Rücken der Urkunde (wieder von einer anderen Hand): *Albrecht Fo^elcker de Knoringen presens exemplar dono dedit Frobenio Christophoro comiti de Zimbern* (gest. 1565 oder 1567).

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

Abschrift auf Pergament aus dem 16. Jh. Nach den Untersuchungen von Wilfried Schöntag handelt es sich um eine moderne gelehrte Fälschung.

Editionen:

GOTTFRIED DANIEL HOFFMANN UND FRANZ ANTON PIZENBERGER: *Commentatio inauguralis, qua libertas et immendietas antiquissimi collegii ordinis sancti Augustini canonicorum regularium congregationis Lateranensis ad sanctum Martinum Beuronensis in Suevia defendi*, S. 44, Lit. O (nach einer Abschrift der Abschrift von 1759). *Monumenta Zollerana*, Bd. 1, S. 68. *Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern* 1 (1867/68) - 63 (1932) 19 (1885/86), S. 186 ff.

Regesten:

Stälin: *Württembergische Geschichte*, Bd. 2, S. 522.

Literatur:

Schöntag: *Erwerb*, S. 23-66, bes. S. 35-38.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Beuron

Aussteller:

Wolfrad; Propst von Beuron

Ortsindex:

Aggenhausen Wohnplatz (14113)
 Aggenhausen, Mahlstetten, TUT
 Allenspacher Hof Wohnplatz (14015)
 Allenspacher Hof, Böttingen, TUT
 Beuron Wohnplatz (21033)
 Beuron, SIG
 Buchheim Wohnplatz (14021)
 Buchheim, TUT
 Burg Hohenzollern Wohnplatz (16302)
 Burg Hohenzollern, Bisingen, BL
 Böttingen Wohnplatz (14016)
 Böttingen, TUT
 Delkhofen Wohnplatz (14031)
 Delkhofen, Deilingen, TUT
 Dürbheim

Wohnplatz (14039)
 Dürbheim, TUT
 Füllehaus, Beuron, SIG,
W
 Hausen am Tann Wohnplatz (16410)
 Hausen am Tann,
BL
 Heinstetten Wohnplatz (16451)
 Heinstetten, Meßstet-
ten, BL
 Hossingen Wohnplatz (16452)
 Hossingen, Meßstet-
ten, BL
 Irndorf Wohnplatz (14106)
 Irndorf, TUT
 Kol-
bingen Wohnplatz (14110)
 Kolbingen, TUT
 Konstanz Wohn-
platz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreenheinstetten Wohnplatz
(21140)
 Kreenheinstetten, Leibertingen, SIG
 Königsheim
Wohnplatz (14108)
 Königsheim, TUT
 Mahlstetten Wohn-
platz (14116)
 Mahlstetten, TUT
 Meßstetten Wohnplatz (16454)

Meßstetten, BL
 Nellenburg Wohnplatz (14664)
 Nellenburg,
Stockach, KN
 Oberdigisheim Wohnplatz (16456)
 Oberdi-
gisheim, Meßstetten, BL
 Oberhausen Wohnplatz (21042)

Oberhausen, Beuron, SIG
 Oberschwandorf Wohnplatz (14134)

Oberschwandorf, Neuhausen ob Eck, TUT
 Renquishausen Wohn-
platz (14148)
 Renquishausen, TUT
 Riedern, SIG, W

Spaichingen Wohnplatz (14153)
 Spaichingen, TUT
 Starzeln
Wohnplatz (16334)
 Starzeln, Burladingen, BL
 Steighof Auf-
gegangen (33575)
 Steighof, aufgeeg. in Beuron SIG
 Stein-
hofen Wohnplatz (16306)
 Steinhofen, Bisingen, BL
 Straß-
berg Wohnplatz (16541)
 Straßberg, BL
 Thalheim Wohn-
platz (21144)
 Thalheim, Leibertingen, SIG
 Tieringen Wohn-
platz (16461)
 Tieringen, Meßstetten, BL
 Unterschwandorf
Wohnplatz (14140)
 Unterschwandorf, Neuhausen ob Eck, TUT

Wildenfels
 Wildenstein Wohnplatz (21146)
 Wildenstein, Lei-
bertingen, SIG
 Winzeln Wüstung (26292)
 Winzeln, Hausen
am Tann, BL, W
 Worndorf Wohnplatz (14143)
 Worndorf,
Neuhausen ob Eck, TUT